

de Maurone regali Baroli Iudice Angelo de Flore puplico eiusdem terre notario et subscriptis testibus liciteratis de eadem terra ad hoc specialiter vocati rogati, a predicto iudice legaliter inquisita et absoluta in tota huius scripti continencia consensu quoque et auctoritate frederici filii et legitimi mundualdi mei in pubertate etate constituti actorante (*sic*) sibi Magistro Marino malfitano consanguineo meo et cognato suo, electo et petito sibi curatore ad hoc, et per dictum Iudicem confirmato voluntarie cum tota debita et consueta iuris observancia, ad hoc necessario observata et interveniente vendidi tradidi et assignavi Tibi Roberto Mamiono meo concivi presenti et ementi pro te Citula uxore tua nostrisque heredibus domum unam meam orreatam, cum platea ipsi domui contigua ex parte occidentis, sitam in Pictagio Sancti Stephani dicte terre Baroli et inter hos fines. a. media palumbula iuxta domum ecclesie Sancti Bartholomei, iuxta viam publicam. a. medio pariete iuxta domum dompne sille et si qui alii sunt confines, Ex cuius predicte domus venditione, traditione et assignatione, presencialiter recepi et habui, a, te predicto Roberto, dante solvente et numerante pro te et dicta Citula uxore tua Uncias auri viginti ponderis generalis perceptas et habitas pro te ut dixisti. ex vendicione scripturarum rerum dotalium dicte Citule uxoris tue, videlicet Guarnacie unius, de sammito, Mantelli unius de sammito. Iorlande unius de auro de Veneciis, et infrisature unius de pernis et smaltis de auro venditarum per te pro ipsa pecunie quantitate, totum iustum pretium vendicionis et tradicionis ipsius, inter me et te predictum emptorem ad invicem diffinitum habitum et conventum. Quatinus a presenti in antea, tu predictus Robertus, et dicta uxor tua, vestrique heredes, predictam domum ex ipsius emptionis causa habeatis teneatis, possideatis et cum omnibus Introytibus et exitibus suis, et omnibus sibi iuribus pertinentibus. Ita quod inde ea et de ea quod voluerint